

inter nominandos designatos. Ordo Scripturæ quando nullam sit aptus tribuere prælationem. Transactio circa bona fideicommissa subiecta non afficit venientes jure proprio tam si desinita est bona fide, quam si non comprehendit nisi jus transigentium. Transactio super successione testamenti tabulis non lectis est nulla juxta Text. in L. de his ff. de transact.

## SUMMARIUM.

- 1 Nominatus in vim facultatis datæ à Testatore habeatur ac si ab ipso esset directè vocatus, & n. 17.
- 2 Nominati primo loco censentur à Testatore prædicti. Limita ut num. 16.
- 3 Alternativa inter plures in quos cadit affectionis ordo resolvitur in disjunctivam. Declara ut num. 7.
- 4 Ordinem à Testatore datum tenetur sequi is qui habet facultatem nominandi.
- 5 Limita si talis facultas est libera & num. 6. ubi datur ratio.
- 8 Verba, à qui boni lui sembrera, præ se ferunt liberam voluntatem.
- 9 Ideo ad arbitrium boni Viri non sunt coarctanda.
- 10 Item verbum libet.
- 11 Et verba sua lectio.
- 12 Filiorum causa in successione legitima potior est quam aliorum.
- 13 Item in successione testamentaria.
- 14 Lineæ prærogativa in primogeniuris vincit gradum, sexum, & ætatem.
- 15 Testator eadem qua in hæredem censetur moveri dilectione in suos filios.
- 18 Transactio non afficit vocatos jure proprio in fideicommissis.
- 19 Maxime deficiente utilitate fideicommissi.
- 20 Hæres factum auctoris impugnare non potest.
- 21 Filius non præsumitur hæres Patris in præjudicialibus.
- 22 Declaratio super qualitate hæreditaria ab alio facta filio absenti, & non ratificanti, non nocet.
- 23 Qualitatem hæreditariam excludit declaratio transigendi nomine fideicommissario.
- 24 Additionem hæreditatis non probant declarationes erronee emissa.
- 25 Transactio à Patre facta pro jure suo non comprehendit jus filiorum.
- 26 Amplia licet fuerit iniuta pro se & hæredibus & de ratione. num. 27.
- 28 Transactio super successione non lecto testamento est nulla.
- 29 Amplia si unus ignoraverit, alius sciverit testamenti dispositionem.
- 30 Transactio enormissime lesiva dicitur nulla ex defectu consensus.

## DECISIO XXI.

Hieronymus De Sannazariis A' Ripa, instituit anno 1658. sibi hæredem Universalem Tranquillum ex fratre Nepotem, cum onere in casu obitus, di rendere, e restituire i deni Beni, & Eredua à quello de suoi fratelli Nipote del detto Testatore, o à tal altro de più prossimi Parenti del detto Signor Tranquillo, que bon lui sembrera de choisir, id est, che vorrà eleggere, della Famiglia però, e Cognome de Sannazari. Tranquillus autem anno 1677. quo tempore per obitum Hieronymi fuit apertum illius Testamentum, cum commoraretur in Civitate Papiensi Ducatus Mediolani, & inscius fuisset dicti Testa-

menti conditi à Patruo in Civitate Cavallicensi, inductus fuit à Joanne Antonio, & Julio fratribus, quos non latebat dicta dispositio, ad ineundam cum eis transactionem super dictis bonis Hieronymi communis Patruo; At postmodum ipse quoque Tranquillus certior factus de his, quæ dictus Patruus sui favore disposuerat, Judicium introduxit pro rescissione dictæ transactionis, & pro Immissione ad bona fideicommissaria Hieronymi ad ipsum privativè, Jure propriæ vocationis pertinentia; Cumque contrariam Sententiam passus fuerit latam à bon. mem. R. P. D. Altovito, tunc Auditore Eminentissimi Legati Avenionensis, ab ea Causam in gradu appellationis committi obtinuit bon. mem. Mattheo olim nostri Ordinis Auditori, & postea S. R. E. Cardinali per quem die 21. Junii 1683. proposito Dubio super Insufficiencia transactionis prædictæ rescriptum fuit, Dilata, & coadjuventur probationes.

Ab inde citrà nil aliud in Causa à Tranquillo gestum fuit, quia vix redux ad Patriam, ibi decessit anno 1687. condito prius Avenione suo Testamento, in quo utendo facultate, ut supra, sibi ab Hieronymo Patruo concessa, in illius bonis Primogenialibus in Successorem nominavit, & elegit Hieronymum de Sannazario suum filium, qui proinde monitus de dicta pendencia Litis in Sac. Rota inter ejus Patrem, & Patruos vertentis, illam persequitur coram Me, in locum Cardinalis Matthei subrogato pro obtinenda Immissione ad dicta bona Primogenituræ Hieronymi senioris, detenta à Joanne Antonio, altero ex dictis Patruis, dumtaxat superflite; Unde disputandum hodie dedi Dubium, An sit danda Immissio, seu potius obstat transactio, quod resolutum fuit, affirmativè quoad primam partem, negativè quoad secundam.

Nam pro Immissione Hieronymus fundatam habet Intentionem in Testamentaria dispositione Hieronymi senioris, in qua ille Tranquillo sui fratris filio, & hæredi ab ipso scripto dictam facultatem dedit eligendi, & nominandi Successorem in sua Primogenitura; Ideoque cum Tranquillus nominaverit dictum Hieronymum Actorem ejus filium, iste habetur perinde ac si directè hæres institutus fuisset ab ipso conditore Primogenituræ, per Text. in leg. unum ex familia, ff. de legat. 2. Paris. consil. 17. num. 12. lib. 2. Fusar. de Substitut. quest. 511. numer. 5. & seqq. Molin. de Primogenitur. lib. 2. cap. 4. num. 5. Mierex de Majorat. part. prima quest. 48. num. 26. Rot. cor. Bich. decis. 572. num. 42. & cor. Emerix jun. decis. 1703. num. 5.

Nec turbat Hieronymum Testatorem in cedenda Tranquillo dicta facultate nominandi, usum fuisse alternativam, & in prima illius parte posuisse proprios Nepotes fratres Tranquilli; In secunda verò Consanguineos proximiores, sub quorum colectivo nomine comprehensum dumtaxat dici possunt filii Tranquilli ex quo inferebatur, eundem Tranquillum, eligere non potuisse proprium filium ad exclusionem suorum fratrum Nepotum ipsius Testatoris, in prima parte alternativam positorum, tum quia prius nominati, intelliguntur prius vocati, ut sensit Gloss. in leg. cum ita §. In fideicommissis, ff. de legat. 2. Mant. de conjecl. ultim. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 11. Donad. de renunc. cap. 10. num. 77. Rot. in recent. decis. 485. num. 3. part. 4. Tum etiam quia, ea est virtus alternativæ, ut posita inter personas, respectu quarum considerari potest ordinata aliqua affectio, seu prædilectio Testatoris, retineat naturam disjunctivæ inter

inter easdem inducentis ordinem graduale, juxta Text. apertos in leg. Cum Pater §. A te peto, ff. de legat. 2. leg. hæredes mei §. Peto à te, ff. ad Senat. Consult. Trebell. Castill. controv. Jur. lib. 2. cap. 26. num. 5. & seqq. Rot. in Carpentoraten. Primogenituræ inter impress. ad ornat. Cardin. de Luc. de fideicommiss. decis. 42. & decis. 43. num. 8. & 9. lib. 10. Ita quidem, ut hæres in eligendo, eundem ordinem Testamenti, & Testatoris prædilectionem servare teneatur, L. cum Servus 81. ff. de condit. & demonstrat. Fontanel. decis. 525. numer. 23.

Discursus namque iste procedens in casu puræ alternativæ, & arbitrii hæredi tributi, in quibus terminis intelligendæ sunt auctoritates in objectione mox allegatæ, locum minimè sibi vindicat, quando eidem hæredi data fuit libera facultas, & potestas nominandi personam, quancumque de genere eligibilem, tunc enim in nominatione præferre potest, quem ipse maluerit, etiam disparis gradus ad Text. in leg. cum quidam 24. & leg. unum ex familia 66. §. Si de falcid. leg. cum Pater 79. §. Rogo ff. de legat. 2. leg. ex facto 17. §. Si quis rogatus il 2. ff. ad Trebell. Bart. in leg. cum quidam num. 4. ibique Cuman. num. 3. Bald. in leg. unum ex familia §. itaque, Faber de error. pragmat. decad. 53. error. 3. in fin. Molin. de Primogen. Hispan. lib. 2. cap. 5. num. 5. & seqq. ibique Adde. num. 4. & seqq. Mierex de major. part. prima qu. 72. num. 2. Card. de Luc. de fideic. disc. 56. num. 4. Fontanel. dec. 525. & 526. per tot. Rot. in dicta Carpentoraten. Primogenituræ impress. ad ornat. Card. de Luc. de fideic. decis. 42. & decis. 43. utrobique num. 1. confirmata 8. Maii 1705. §. Inconcessum cor. Molines, & 25. Januarii 1706. cor. Kainuz, ob eam optimam rationem, quod is, qui habet talem amplam facultatem nominandi, non est merus executor, & Minister, sed Jure quodam modo proprio, illam exercere dicitur inter omnes personas de certo genere Testatoris Judicio vocatas, proptereaque, ne illa inutilis reddatur, nec ordinem scripturæ in eligendo sequi tenetur, Molin. de Primog. Hispan. lib. 2. cap. 5. num. 3. Castill. quotid. Jur. controv. lib. 4. cap. 36. num. 55. & 68. Torr. de Primog. part. 3. cap. 27. num. 9. Fontanel. decis. 525. num. 3. 9. & 12. & decis. 526. num. 3. Nec alternativa hoc casu secum ferre valet ordinem per prius, & posterius respectu primo loco nominati, nec præsumptionem prædilectionis, satis quippè est, eam in alterutro extremis disjunctis verificari, ad Text. in leg. si is qui ducenta 14. §. Si quis leget, vers. utrum ita, ff. de reb. dub. Peregrin. de fideic. art. 13. num. 34. Rot. cor. Bich. decis. 58. n. 7. cor. Emerix jun. dec. 1209. num. 2. & decis. 1342. num. 3. Quod autem Tranquillo in nominatione successoris in Primogenitura, concessa fuerit ampla, & effrenata potestas, probant verba illa testamenti Hieronymi, que boni lui sembrera; Ea enim cum ex communi Gallorum loquendi usu, Regionisque consuetudine, significant liberam voluntatem, atque placitum, ut docet Richelet in suo Lexico lit. B. verb. Bon. vers. Bon, ce mot, accipienda sunt pro libero prorsus arbitrio, non pro illo boni Viri, ut tradit Andr. ab Exea in cap. 1. n. 388. 391. & seq. de Constitut. Guidopap. quest. 475. num. 1. Menoch. de arbit. lib. 1. quest. 8. n. 10. lib. 1. & de verbo libet, cui certè æquivalent dd. verba, que boni lui sembrera, est Text. in leg. fideic. libertas 46. ff. de fideic. libertat. Nat. cons. 118. num. 4. Grat. discept. foren. cap. 58. num. 21. Castill. quotid. contr. Jur. lib. 4. cap. 36. num. 49. Surd. decis. 272. num. 15. Pereir. Decisiones noviss. ad Castellum de Alimentis.

decis. 25. num. 5. Triflany. decis. 9. num. 24. & de verbis sua lectio, licet minus amplis, Rot. in d. 11 Carpentoraten. Primogen. dec. 42. & dec. 43. utrobique n. 1. impress. ad ornat. Card. de Luc. de fideicommiss.

Imò verò si Tranquillus, nominationem edere debuisset arbitrio boni Viri, adhuc cogi potuisset, illam exercere favore unius ex suis filijs, omnis fratribus; In successione enim prædicta, tum ex mente Juris, prima, & potior causa est illa liberorum, sive agatur de successione legitima, de qua in §. & toto tit. Instit. de hæredit. que ab In test. defer. & §. 1. Auth. cod. tit. sive res sit de successione Testamentaria, ad Text. in leg. cum ita §. In fideicommiss. ubi communitur scribentes ff. de legat. 2. Tum ex natura successione deferendæ, sempre servando l'ordine della Primogenitura; In Primogenitura namque primò spectatur prærogativa Lineæ, vincens illam gradus, sexus, & ætatis, Valenzuel. consil. 97. num. 12. Molin. de Primog. Hispan. lib. 1. cap. 3. num. 11. & seqq. Rot. in Bononien. fideic. Alexii de Ursis super portione Annibalis 27. Junii 1710. §. 19. cor. Reverendiss. D. Meo Aldrovando, & in Bononien. Primogenitura de Cultellis 29. Januarii 1714. §. Hæcenus animadverta cor. R. P. D. Meo Falconerio Almae Urbis Governatore; Tum demum ex verisimili Testatoris voluntate, ex eo elicit, quod quemadmodum inter omnes suos Nepotes prædilexit Tranquillum, ita simili prædilectione, respexit censetur, omnes illius filios, atque descendentes, Barbat. cons. 10. numer. 3. & seqq. lib. 2. Bellon. jun. cons. 17. num. 88. & seqq. Peregrin. de fideicommiss. art. 27. num. 15. Neque his omnibus obesse potest materialis ordo scripturæ favens fratribus Tranquilli, quia ille cum sit simplex conjectura, designans æqualem fuisse ordinem intellectus, prævalere haud valet, Ordini juris, naturæ successione, & verisimili disponentis voluntati, Leg. 16 Moribus 2. §. Sed si extiterit ff. de vulg. leg. cum Pater §. Fidei sue ff. de legat. 2. Faber de error. pragmat. decad. 53. num. 3. in fin. Card. de Luc. de fideic. disc. 132. num. 8. Rot. in rec. dec. 354. n. 39. part. 11.

Firmato autem bono Jure Hieronymi pro Immissione ad Bona Primogenitalia Hieronymi senioris, ex eo sequitur, eidem nullo pacto obstare posse transactionem à Tranquillo Patre celebratam cum Julio, & Joanne Antonio fratribus suis; Ipse namque utpote veniens ad successionem hanc ex nominatione, & electione sui favore facta à dicto Tranquillo Patre, ex certo genere personarum eligibilem, cum Jus suum recognoscat à Testatore, qui dedit facultatem ita nominandi, non à Patre nominante, Cujac. in lib. 19. quest. 17 Papin. ad leg. unum ex familia §. Si de falcid. ff. de legat. 2. tom. 1. oper. posth. fol. 534. lit. B. & seqq. Capon. contr. 8. art. 3. numer. 1. Tondut. resolut. Crvil. cap. 50. num. 33. Rot. cor. Emerix jun. decis. 1164. num. 9. & inter impress. ad ornat. Card. de Luc. de fideic. decis. 46. num. 4. Propterea affici nequit dicta transactio, quæ non nisi Jus competens ipsis Transigentibus comprehendere apta est; At non etiam illud, quod horum filijs ex propria persona competeat leg. si unus ante omnia ff. de pact. Faber in Cod. lib. 2. tit. 3. definit. 1. Rocc. disput. Jur. select. disput. 2. num. 46. Rot. in recent. decis. 379. num. 3. part. 11. decis. 81. num. 29. part. 6. & in Tridentina Juris patronatus 26. Martii 1703. §. Respectu cor. Eminentiss. D. Card. Scorto; Præsertim quia directæ est ad everfionem Primogenituræ, quando



super illa, neque aderat, neque timeri poterat Lis, & controversia ulla, & tamen, ut transactio nocere possit vocatis Jure proprio, opus est, quod utilis sit Primogenituræ, & ipsis vocatis, non autem solis Transigentibus, *Urceol. de transact. quest. 50. nu. 83. & seq. Rot. in recent. decis. 245. num. 1. & decis. 277. n. 3. part. 18. & in Pisaur. fideic. 25. Junii 1708. §. Secus est cor. Reverendiss. D. Meo Aldrovando.*

Nec est cur objiciatur, quod Hieronymus sit hæres Patris transigentis; Undè inferebatur, quod illius factum impugnare non possit ad *Text. in leg. cum à Matre Cod. de rei vindic.* Etenim qualitas hæc hæreditaria semper probanda, respectu filii, qui propter Beneficium abstinendi, præsumi nequit in sui præjudicium Patris hæres, *Cyriac. contr. 244. nu. 24. Rot. Lucana apud Palm. dec. 70. nu. 43. minime probata remanet, ex geminis enunciatis. Nam si spectetur illa facta anno 1706. in quadam quietantia ab Anna Maria Matre, & Federico Fratre in absentia Hieronymi, cum nunquam ab eo fuerit ratificata, nullius momenti prorsus est ad inducendam in eodem dictam qualitatem hæreditariam, Manic. de conjecl. lib. 12. tit. 11. in fin. Rot. cor. Burat. decis. 277. nu. 12. cor. Priol. decis. 158. n. 11. Idemque dicendum est de consimili expressione emissa in concordia inita à dicta Anna Maria, cum Joanne Jacobo, & aliis de Josuans, à quibus pariter Hieronymus sine ullo fundamento enunciatus fuit hæres Patris, quando in alio contemporaneo Instrumento eadem die, & coram iisdem Testibus celebrato, & inter easdem Personas, Hieronymus professus fuit dictam transactionem facere in*

qualità di Erede fideicommissario di tutti li Beni del fu Nobile Girolamo de Sannazari di Ripa suo gran Zio, e non procedendo, che in questa sola qualità, per quam sanè protestationem exclusa penitus fuit hæreditaria qualitas in contemporaneo Instrumento ejusdem concordie ab aliis minùs rectè asserta, *Aleat. conf. 344. nu. 1. Ruin. conf. 157. nu. 2. & seq. lib. 3. Bardellon. conf. 1. nu. 30. in fin. vers. quia respondetur, Cyriac. contr. 244. nu. 40. Rot. cor. Card. Cerro dec. 86. nu. 47. & dec. 286. in fin. : At quod objectam qualitatem hæreditariam, omninò excludit, illud est, quod Hieronymus etiam volens, non poterat esse hæres Tranquilli Patris, tanquam ab eo exclusus in ejus Testamento, in quo privavit suis bonis, & hæreditate filium nominatum ad Primogenituram Hieronymi senioris, proindeque tamen dictæ enunciative præ se ferre possent in Hieronymo additionem hæreditatis Paternæ; Adhuc contendenda forent, tanquam erroneæ, & factæ ex falsa causa *Duran. de arte testandi caut. 5. num. 14. Mascard. de probat. conclus. 45. sub numer. 46. Alderis. de hæred. action. par. 1. cap. 11. num. 57. Rub. de confus. Jur. cap. 18. §. 7. numer. 216. Rot. in Ravennaten. fideic. 18. Febr. 1701. §. Sed responsio cor. cl. me. Card. Priolo, & novissimè in Firmana Beneficij 6. Maii proximi præteriti §. Finali cor. Me.**

Præterea dicta qualitas hæreditaria Patris, licet probata, Hieronymo non officeret, ad effectum, de quo agitur, ut clarum reddebatur ex duplici ratione, quarum altera est, quod transactio non comprehendit Jura filiorum, utpotè in ea non deducta, *Faber in Cod. lib. 6. tit. 22. definit. 40. Valeron. de transact. tit. 4. quest. 2. numer. 61. Palm. Nep. alleg. 178. num. 14. ; Et obligatio hæredum, & successorum, de quibus mentio habita fuit in §. 4. ejusdem transactionis, non sufficit, ut Juri quoque filiorum, etsi hæredum, in ea dicatur renunciatum, *Mandel. Alb. consil. 74. numer.**

3. & seq. *Faber in Cod. lib. 2. tit. 3. definit. 14. Theaur. quest. foren. 90. numer. 11. lib. 2. Andreol. contr. 212. num. 12. Rot. coram Peuting. decis. 215. numer. 4. & apud Torr. de pact. futur. success. decis. 4. n. 31. & seq. ;* Dùm enim nec filii, nec eorum Jura nominata fuerunt, dicta obligatio restringitur ad id tantum, ad quod Contrahens obligatus est, ut nempe ejus hæres, sive filius sit, sive extraneus, fervet illud præcisè, quod ipse promisit, non autem, quod obligetur ex Jure, & persona propria, *Kobles. de repræsent. lib. 2. cap. 27. 16. numer. 97. Tor. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 24. numer. 58. Vivius decis. 211. numer. 4. & 5.*

Alterà verò ratio est, quod dicta Transactio ipso Jure nulla, & irrita prorsus est, & per consequens impugnari dubio procul potest ab hæredibus ipsorum Transigentium; Illa enim celebrata fuit non solum minime cognitis, & visis à Tranquillo Testamentariis Tabulis Hieronymi Patris, prout requirit *Textus in leg. de his 6. ff. de transact. & movent Altograd. consil. 66. num. 31. lib. primo, Capyc. Latr. decis. 2. numer. 4. Rot. coram Bich. decis. 6. numer. 18. in recent. decis. 140. num. 8. & seq. part. 6. decis. 735. numer. 19. part. 18. ;* Verum quod magis urget, videtur dolosè extorta à Tranquillo non habente notitiam dictæ dispositionis Testamentariæ Hieronymi, benè tamen notæ aliis fratribus Transigentibus, ut resultat ex depositione tam Testium, quam Nuncii, qui detulit Epistolas significantes obitum, & Testamentum Hieronymi, illasque in absentia Tranquilli consignavit fratribus, & Matri. Et confirmatur ex contextu ipsius transactionis, ex ea quippe in cap. 3. in quo sermo habetur de usufructu per Hieronymum legato uxori, & in cap. 4. figuratur casus fideicommissi à dicto Testatore ordinati cum prohibitione alienationis; Undè arguere fas est, quod habuerint reverè scientiam dicti Testamenti, aliàs vaticinari non potuissent, quid in dicto Testamento foret ordinatum, in quibus profectò circumstantiis dicta transactio dicitur ipso Jure nulla, & haberi debet ac si facta nunquam fuisset, ut disponit *Text. in l. sub prætextu 19. ibique Ug. Donell. num. 29. 5. Cod. de transact. Castill. contr. Jur. lib. 8. cap. 36. §. 2. num. 27. Urceol. de transact. quest. 51. num. 25. & quest. 93. n. 16. Card. de Luc. de feud. disc. 10. sub n. 13. Rot. in Avenion. Concurfus, super reservatis 12. Junii 1713. §. Quid plus, cor. Ansaldo.*

Ad hæc demùm accedit, quod Tranquillus vigore dictæ Transactionis, accepit tertiam dumtaxat partem ex Primogenitura ejus favore purificata, & in qua certò erat successurus in totum; Fratres verò, quibus nihil relictum fuerat, consecuti fuerunt reliquas duas partes contra Votum Hieronymi Disponentis; Eiusmodi enim enormissima læsio æquè operatur, ut dicta transactio non subsistat, nullo pacto sit observanda neque ab hærede Tranquilli transigentis, cum ex illa in eo supponatur error, quemcumque consensum adimens *L. ex falso 30. 42. C. de transact. L. cum putarem 36. ff. famil. Erisc. Urceol. de transact. qu. 89. per tot. Rot. in rec. dec. 63. n. 14. par. 12. in Januen. Transactionis 15. Decembris 1704. §. Constito, cor. Omasia, & in Vercellen. reintegrations 2. Junii 1712. §. Ex quibus, cor. Rmo D. meo Lancetta Decano.*

Et ita utraque &c.

DECI-

REVERENDIS. P. D. CORIO  
AUXIMANA BONORUM SUPER PRIMOGENITURA  
LUDOVICÆ GUZZOLINÆ.

Lunæ 23. Aprilis 1725.

ARGUMENTUM IDEM  
SUMMARIUM.

- 1 Restitutio in integrum non conceditur sine læsione.
- 2 Bona fideicommissaria non sunt obnoxia creditoribus gravatorum.
- 3 Filiorum appellatione ex mente Testatoris veniunt nepotes.
- 4 Maxime in donatione facta ab ascendente intuitu certi matrimonii.
- 5 Amplia si vocati sint filii nascituri.
- 6 Designatio certi matrimonii indicat originem, non verò coarctat vocationem ad filios.
- 7 Præceptum assumendi cognomen & Arma est onerosum.
- 8 Testator quos non honorat gravare non præsumitur.
- 9 Onus assumendi cognomen & arma inducit vocationem eorum quibus injungitur.
- 10 Contrarium tenet Molina de primogenit.
- 11 Explicatur Molina.
- 12 Relatio facit omnia inesse referenti, quæ sunt in relato.
- 13 Solemnitates non requiruntur in donatione facta à muliere contemplatione certi matrimonii.
- 14 Bona fideicommissaria tenentur in subsidium pro debito fideicommissentis.
- 15 Creditores non possunt petere legitimam à debitore renunciatam.
- 16 Acceptans donationem continentem fideicommissum cum onere imputandi in legitimam, dicitur hanc voluisse cum fructibus compensare.
- 17 Donatio reciproca mutuo partium recessu dissolvitur.
- 18 Legitima deferenda potest renunciari in præjudicium Creditorum.
- 19 Res inter alios acta non nocet.

DECISIO XXII.

Cautelam Angeli per Silvestrum Pranzonum allegatam, adversus Creditores Domus Pranzonæ servandam esse super bonis subpositis Primogenituræ ordinatæ à Ludovica Guzzolina, definitum fuit per geminas conformes Sententias extra Rotam, ad quam subindè devoluta appellatione, ob transitum interim earumdem Sententiarum in auctoritatem rei judicatæ, concordatum fuit Dubium, An quoad Cautelam Angeli constet de re judicata, seu potius de Causis restitutionis in integrum, vel respectivè, An, & pro qua summa, & super quibus bonis sint relaxanda, vel exequenda mandata, quod licet semel, atque iterùm sub diebus 26. Junii 1715. coram Eminentissimo Scotto, & 4. Decembris 1724. coram Me, ob suffragiorum scissuram manserit irresolutum, hodiè tandem ad suffragandum adscitis quinto, & sexto ex Dominis, post consuetum Turnum Seditibus, absolvi meruit, mediante responso, Constare de re judicata quo ad Cautelam Angeli, & in reliquis negativè.

Validitas enim, & Justitia Sententiarum, canonicantium favore Silvestri Cautelam Angeli, adversus Creditores illorum de Pranzonis, vigore Donationis per Ludovicam exaratæ, necessariò suadebant rem judicatam, in cujus auctoritatem, ob lapsum fatalium, incontrovertibiliter prolapsæ fuerant, firmiter fore mansuram, nec adversus eam in Decisiones noviss. ad Castellum de Alimentis.

dulgeri posse restitutionem in integrum, sine læsione non concedendam, ut sæpè firmatum fuit, & signanter in Romana Hæreditatis 16. Martii 1722. §. Primo, coram Me. Et quidem validitate non controversa, Justitia patentissimè emergere visa est ex realitate, & substantia tituli, cujus vigore Cautela Angeli fuit allegata, nempe Primogenituræ à præfata Ludovica ordinatæ de anno 1649. occasione Matrimonii per Josephum filium cum certa persona contrahendi, cujus vigore, cum bona valoris scut. 1000. per Silvestrum possideantur, super istis nullum Jus quæri valuit Creditoribus Josephi, aliorumque gravatorum, atque idè ab illorum intentata executione præservari debent, ex firmatis per Rot. in Romana Censu 19. Aprilis 1720. §. Decernit, coram bon. mem. Foscaro, & in Romana Cautelæ Angeli 26. Junii ejusdem Anni §. Cum enim, coram Reverendissimo Domino Meo Ravennaten.

Minimè facebant, quod cum ad præfata Primogenituram invitati tantummodò noscantur filii nascituri ex Matrimonio Josephi, quorum favore Ludovica Donationem exaraverat, exindè præsidium ullum desumere nequeat Silvester ejusdem Josephi Nepos, de cujus vocatione non constat. Licet enim de stricto Juris rigore, appellatione filiorum regulariter comprehendi minime valeant Nepotes; nihilominus exploratum quoque est, quod ubi de mente Disponentis, quæ totum in hisce consuetudinibus materiis operatur, constat, filiorum nuncupationem, non fuisse apprehensam in suo rigoroso sensu, tunc eam ritè se protendere, nedùm ad Nepotes, sed ulteriores quoque Descendentes, Bartol. in Leg. Liberorum 2. ff. de verb. signif. & communiter firmant *Mantic. de conjecl. lib. 11. tit. 3. n. 14. Rodulphin. alleg. 22. n. 8. Rot. coram Merlin. dec. 206. nu. 12. & seq. coram Emerix jun. dec. 902. n. 4. & seq. coram Benincas. dec. 154. nu. 1. in rec. dec. 609. nu. 7. part. 19. in Bononien. Fideicommissi de Griffonibus 8. Maii 1705. §. Profligatis, coram bon. mem. Omasia, & in Auximana, seu Camerinen. Fideicommissorum prima Julii 1709. §. Tamen, coram Reverendissimo Domino Meo Ravennaten. Potentissimè quando agitur de dispositione, & Donatione occasione Matrimonii, facta per Ascendentem, cujus respectu, juxta communem opinionem, facillime Nepotes sub nomine filiorum continentur, *Fusar. de substitut. qu. 320. nu. 54. Rot. coram Benincas. dec. 154. nu. 2. in rec. dec. 345. num. 1. & seq. part. 16. & in Melevitana Fideicommissorum 22. Junii 1714. §. Absoluta, confirmat. 8. Aprilis 1715. §. Tertia, coram Eno Cardinali Scotto.**

In casu autem, Ludovicam Donatricem, filiorum vocabulum rigorosè non usurpasse, sed in sensu potius comprehensivo ulteriorum graduum, non obsecurè desamebatur ex eo, quod filios invitaverit cum additamento, nascituros: cum enim filiorum nascitorum vocatio, respicere videatur tempus indeterminatum, & futurum; pernecessè concludere oportebat, quod Donatrix non usurpaverit verbum filios in stricto, & rigoroso sensu, sed in amplo, & capaci ad comprehensionem Nepotum, & ulteriorum Descendentium, *Fusar. de substitut. qu. 320. nu. 23. Rot. coram Caprara decis. 285. nu. 9. in recent. dec. 285. n. 9. dec. 162. n. 2. & 7. part. 6. & benè concordantibus relatis in Romana, seu Veliterna Fideicommissi 5. Junii 1719. §. Quæ si procedunt, coram bon. mem. Ansaldo. Hocque procedere debet etiam designati fuerint filii nascituri ex Matrimonio per Josephum filium contrahendo; nam talis designatio, non stat ad restringendam vocationem ad filios; sed ad demonstrandam tantummodò originem, à qua descendere debeant Personæ vocatæ, neque*

E 3 propterea